H — R

VIRO

excellentissimo, amplissimo, celeberrimo,

Io. Ern. Imm. Walchio,

S. P. D.

Jo. Gottfr. Hauptmann,

Ardentissimas ago gratias, de limatissimis muneribus, qualibus quotidie cuperem eruditi. Doleo saltem, quod par pari referre nequeam; rogans et obtestans, vt interea per diuinam clementiam, maior exstitit formido, quam quem accipis, Catone sis contentus. Terror incendii, cuius effectus; adeo res meas litterarias turbarat, vt vix recolligere, cumque properent apud VOS operae, iussam commentationem, promissi memor, effundere potius, quam scribere potuerim. Itaque, perfectum VBI ius trado, corrigendi, resecandi, supplendi; reiiciendi denum ac remittendi. Cuius mentionem fecimus, altera commentatio, est argumenti antiquarii et historici, nec epistola, sed ad praesentis formam tractatio; primo solum membro, commemorationem occasionis, et mixtam gratulationem,

praemittit. Haec est ipsa, quam obrem de mittenda dubito. Si minus erit aptis accommodata, miscellaneis forte Lipsiensibus, quorum gratia subinde moneor, inserendam curabo. Dum ibidem TVM aliquam similis formae commentationem eruditissimam inuenio. Supplere forsitan eius locum postea poterit, de oratorio pantheyrso, commentatio, quod ea ep. cel. Kappii, disputationi meae de Laconismo subiectae, patet, multo prius scripta, quam eiusdem argumenti Baumeisteriana; et ab eadem, ipsa tractatione satis diuersa. Quas antea missi commentationes, itidem acutiorem TVM limam, electionem, vel omnino remissionem, exspectant. Per aestatem, si, quod spero, vacarit, insertas iam obseruationes, in Latina vocabula, continuabo. Iam demissam animi reuerentiam testa in primis volo magnifico parenti, SRS. que me curiose commendatum. Scrib. Gerae Non. Febr. A. C. D. CIↃIↃCCLIIII.